

COLECCIÓN
CLÁSICOS DEL PENSAMIENTO

Director:
José Manuel Sánchez Ron

Consejo Editorial:
Carlos García Gual
Reyes Mate
Javier Muguerza

SANTO TOMÁS DE AQUINO
CUESTIONES DISPUTADAS
DE LOS PECADOS

EDICIÓN DE HUMBERTO GIANNINI
Y
MARÍA ISABEL FLISFISCH

De Malo, Cuestión II, 2. 2

CONSEJO SUPERIOR DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS
Madrid, 2001

Art. 2.

Secundo quaeritur UTRUM PECCATUM CONSISTAT IN ACTU
VOLUNTATIS TANTUM.

ET VIDETUR QUOD SIC.

1. Dicit enim Augustinus in lib. *Retractationum* [1, cap. ix], quod non nisi voluntate peccatur. Ergo peccatum in solo actu voluntatis consistit.

2. Praeterea, Augustinus dicit in lib. *De duabus Animabus: Peccatum est voluntas retinendi vel acquirendi quod iustitia vetat. Voluntas autem hic accipitur pro actu voluntatis. Ergo peccatum in solo actu voluntatis consistit.*

3. Praeterea, Augustinus dicit [*De bono coniugali*, cap. xxi], quod continentia est habitus mentis, sed per actum exteriorum, manifestatur. Ergo et e contrario incontinentia et omne peccatum in sola voluntate consistit; actus enim exteriores solummodo manifestant peccatum.

4. Praeterea, Chrysostomus dicit *Super Matth.* [homil. XIX], quod *voluntas est quae aut remuneratur pro bono aut condemnatur pro malo. Opera autem testimonia sunt voluntatis. Non ergo quaerit Deus opera propter se ut sciat quomodo iudicet, sed propter alios, ut omnes intelligant quia iustus est Deus. Id autem solum pro quo Deus punit, est peccatum. Ergo peccatum in solo actu voluntatis consistit.*

5. Praeterea, id quo posito vel remoto nihilominus peccatum manet, accidentaliter se habet ad peccatum. Sed posito vel remoto exteriori actu, nihilominus peccatum in sola voluntate manet. Ergo exteriores actus accidentaliter se habent ad peccatum; non ergo iu eis peccatum consistit, sed in solo interiori actu voluntatis.

Art. 2.

Secundo, se pregunta SI ACASO EL PECADO CONSISTE SOLAMENTE EN UN ACTO DE LA VOLUNTAD.

Y PARECE QUE ASÍ ES.

1. En efecto, dice Agustín en el libro *De las Retracciones*¹ que no se peca, a no ser por la voluntad. Luego, el pecado consiste en el solo acto de la voluntad².

2. Además, Agustín dice en el libro *Acerca de las dos Almas*: «Pecado es la voluntad de retener o de adquirir lo que la justicia veda». Sin embargo, voluntad aquí se entiende por el acto de la voluntad. Luego, el pecado consiste en el solo acto de la voluntad.

3. Además, Agustín³ dice que la continencia es un hábito de la mente, pero que se manifiesta por un acto exterior⁴. Luego, y también a partir de lo contrario, la incontinencia y todo pecado consiste en la sola voluntad; pues, los actos exteriores sólo manifiestan el pecado.

4. Además, Crisóstomo dice, en *Sobre Mateo*, « que a la voluntad es a la que o se recompensa por lo bueno o se condena por lo malo. Pero, las obras son testimonios de la voluntad. Luego, Dios no requiere de las obras a causa de sí para saber cómo juzgar, sino que a causa de los otros para que todos comprendan que Dios es justo»⁵. Y, sólo aquello por lo que Dios castiga es pecado. Luego, el pecado consiste en el solo acto de la voluntad.

5. Además, aquello que puesto o removido deja permanecer el pecado, se relaciona accidentalmente con el pecado. Pero, puesto o removido⁶ por un acto exterior, el pecado permanece con todo en la sola voluntad. Luego, los actos exteriores se relacionan accidentalmente con el pecado; luego, el pecado no consiste en éstos, sino sólo en un acto interior de la voluntad.

6. Praeterea, nullus actus imputatur alicui ad peccatum qui nullo modo est in potestate eius; unde si aliquis accipiat manum alicuius hominis contra eius voluntatem, et cum ea interficiat hominem, peccatum homicidii non imputatur homini cuius manus percutit, sed ei qui utitur manu. Exteriora autem membra nullo modo possunt resistere imperio voluntatis. Non ergo in actibus exterioribus membrorum consistit peccatum, sed in actu voluntatis, quae utitur membris.

7. Praeterea, Augustinus dicit in lib. *De vera Relig.* [cap. xxxiii], quod si aliquis videat remum fractum in aqua, non est hoc vitium visus qui nuntiat quod accepit ut nuntiaret, sed est vitium virtutis quae debet iudicare. Sed exteriora corporis membra hunc ordinem acceperunt a Deo ut faciant quod voluntas imperat. Ergo vitium vel peccatum non est in actibus eorum, sed in actu voluntatis.

8. Praeterea, si peccatum consistit in actu voluntatis et iterum in actu exteriori, maius erit peccatum peccare simul voluntate et exteriori actu, quam peccare interiori actu tantum; quia sicut quantum additum quanto, maius facit quantum; ita peccatum additum peccato videtur facere maius peccatum. Sed hoc non est verum: dicitur enim in Glossa [interlin.] *Matth. xii: Quantum intendis, tantum facis.* Et sic non est maius peccatum interioris voluntatis et exterioris actus, quam interioris actus tantum. Non ergo peccatum consistit in exteriori actu, sed solum in interiori.

9. Praeterea, si sint duo aliqui habentes aequalem voluntatem idem peccatum committendi, puta fornicationem, et unus habet opportunitatem et implet voluntatem suam; et alius non habet, sed vellet habere: manifestum est quod inter istos duos non est differentia quantum ad aliquid quod sit in potestate eorum. Sed secundum id quod non est in potestate alicuius, non

6. Además, ningún acto que no esté de manera alguna en la potestad de alguien puede imputársele; de donde, si alguien toma la mano de algún hombre contra su voluntad, y con ella mata a otro hombre, el pecado de homicidio no se imputa al hombre cuya mano golpea, sino a aquel que usa la mano. Pues, los miembros exteriores de ningún modo pueden resistir al imperio de una voluntad. Luego, el pecado no consiste en los actos exteriores de los miembros, sino en el acto de la voluntad que usa los miembros.

7. Además, Agustín dice en el libro *De vera Religione*⁷ que si alguien ve un remo roto en el agua, esto no es un vicio de la visión que da a conocer lo que ha recibido para dar a conocer, sino que es un vicio de la virtud que debe juzgar. Pero, los miembros exteriores del cuerpo han recibido de Dios este orden: que hagan lo que la voluntad manda. Luego, el vicio o el pecado no está en sus actos, sino en un acto de la voluntad.

8. Además, si el pecado consiste en un acto de la voluntad y a su vez en un acto exterior, mayor pecado será pecar simultáneamente por la voluntad y por un acto exterior que pecar solamente por un acto interior; porque así como una cantidad añadida a otra cantidad hace una cantidad mayor; así un pecado añadido a otro parece hacer un pecado mayor. Pero esto no es verdadero; en efecto, se dice en la Glosa, *Mateo 12: Quanto intentas, tanto haces.* Y así, el pecado de la voluntad interior y del acto exterior no es mayor que el del acto interior solamente. Luego, el pecado no consiste en un acto exterior, sino sólo en uno interior.

9. Además, si hay dos personas que tienen igual voluntad de cometer el mismo pecado, por ejemplo el de fornicación, y uno tiene la oportunidad y cumple su voluntad; y el otro no la tiene, pero quisiera tenerla; es manifiesto que entre estos dos no hay diferencia en lo que se refiere a algo que está en la potestad de ellos. Pero, en lo que se refiere a aquello que no está

attenditur peccatum, et per consequens neque peccati augmentum. Ergo unus eorum non magis peccat quam alius; et ita videtur in solo actu voluntatis peccatum consistere.

10. Praeterea, peccatum corrumpit bonum gratiae, quae non est sicut in subiecto in aliqua inferiorum virium, sed in voluntate. Opposita autem sunt circa idem. Ergo peccatum in sola voluntate consistit.

11. Praeterea, actus interior est causa exterioris actus. Idem autem non est causa sui ipsius. Cum ergo peccatum sit unum et idem, videtur quod si consistat in actu voluntatis, non possit consistere in actu exteriori.

12. Praeterea, idem accidens non potest esse in duobus subiectis. Sed deformitas comparatur ad actum deformem sicut accidens ad subiectum. Cum ergo peccati sit una deformitas, non potest unum peccatum consistere in duobus actibus, scilicet interiori et exteriori. Manifestum est autem quod peccatum est in interiori actu voluntatis. Ergo nullo modo in exteriori.

13. Praeterea, Anselmus dicit in lib. *De Conceptu Virginali* [cap. iv], de actibus exterioribus loquens: *In horum essentia nulla consistit iustitia*. Ergo eadem ratione neque in iustitia, et sic peccatum in actu exteriori non consistit.

14. Praeterea, Augustinus dicit [lib. 1 *De nuptiis et concup.*, cap. xxvi], quod peccatum transit actu, et manet reatu. Hoc autem non esset si ipse actus exterior esset peccatum. Ergo ipse actus exterior non est peccatum.

SED CONTRA, omne illud quod prohibetur lege Dei, est peccatum; quia peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Sed actus exterior lege Dei prohibetur, *Exod. xx, 13-15*, cum dicitur: *Non occides, non moechaberis, non furtum facies*; et seorsum prohibetur actus interior cum

en la potestad de uno de ellos, no se considera pecado y por consiguiente tampoco un aumento de pecado. Luego, uno de ellos no peca más que el otro; y así el pecado parece consistir en el solo acto de la voluntad.

10. Además, el pecado corrompe lo bueno de la gracia que no es así como en un sujeto en alguna de las fuerzas inferiores, sino en la voluntad. Pero, los opuestos son respecto de lo mismo. Luego, el pecado consiste en la sola voluntad.

11. Además, el acto interior es causa del acto exterior. Pero, lo mismo no es causa de sí mismo. Luego, puesto que el pecado es uno y el mismo, parece que si consiste en un acto de la voluntad, no puede consistir en un acto exterior.

12. Además, un mismo accidente no puede ser en dos sujetos. Pero, la deformidad se relaciona con el acto deforme así como el accidente con el sujeto. Luego, puesto que propio de un pecado es cierta deformidad, un mismo pecado no puede consistir en dos actos, esto es, interior y exterior. Y es manifiesto que el pecado es en el acto interior de la voluntad. Luego, de ningún modo en el exterior.

13. Además, Anselmo dice en el libro *De Conceptu Virginali*, al hablar de los actos exteriores: «En la esencia de éstos no hay ninguna justicia»⁸. Luego, por la misma razón tampoco en la justicia, y así el pecado no consiste en un acto exterior.

14. Además, Agustín dice que el pecado pasa como acto y permanece como culpa⁹. Pero, esto no sería así si el acto exterior mismo fuese pecado. Luego, el acto exterior mismo no es pecado.

PERO, CONTRARIAMENTE, es pecado todo aquello que es prohibido por la ley de Dios; porque pecado es lo dicho, o hecho, o codiciado contra la ley de Dios. Pero, el acto exterior es prohibido por la ley de Dios, *Exodo 20, 13-15*, cuando se dice: «no matarás, no cometerás adulterio, no robarás»; y separada-

dicitur: *Non concupisces*. Ergo non solum actus voluntatis est peccatum, sed etiam actus exterior.

RESPONDEO. Dicendum quod circa hoc fuit triplex opinio. *Quidam* enim dixerunt, quod nullus actus neque interior neque exterior secundum se est peccatum, sed sola privatio habet rationem peccati, propter hoc quod Augustinus dicit [tract. 1 in *Ioan.*], quod peccatum nihil est. *Alii* vero dixerunt, quod peccatum consistit in solo interiori actu voluntatis. *Quidam* vero dixerunt, quod peccatum consistit et in interiori actu voluntatis et in exteriori actu. Et quamvis haec opinio magis contineat veritatem, tamen omnes aequaliter verae sunt.

Sed considerandum est, quod haec tria, malum, peccatum et culpa, se habent ad invicem ut communius et minus commune. Nam malum communius est; in quocumque enim, sive in subiecto sive in actu, sit privatio formae aut ordinis aut mensurae debitae, mali rationem habet. Sed peccatum dicitur aliquis actus debito ordine aut forma sive mensura carens: unde potest dici, quod tibia curva sit mala tibia; non tamen potest dici, quod sit peccatum, nisi forte eo modo loquendi quo peccatum dicitur effectus peccati; sed ipsa claudicatio peccatum dicitur. Quilibet enim actus inordinatus potest dici peccatum vel naturae, vel artis, vel moris. Sed rationem culpae non habet peccatum nisi ex eo quod est voluntarium; nulli enim imputatur ad culpam aliquis inordinatus actus nisi ex eo quod est in eius potestate. Et sic patet quod peccatum est in plus quam culpa, licet secundum communem usum loquendi apud Theologos pro eodem sumantur peccatum et culpa.

Qui ergo consideraverunt in peccato solum rationem mali, dixerunt quod substantia actus non est peccatum, sed defor-

mente, es prohibido el acto interior cuando se dice: «no codiciarás»¹⁰. Luego, no sólo el acto de la voluntad es pecado, sino también el acto exterior.

RESPONDO. Hay que decir que sobre esto ha habido tres opiniones. En efecto, unos han dicho que ningún acto, ni interior ni exterior, es pecado según sí, sino que sólo la privación tiene razón de pecado, por lo que dice Agustín: que el pecado nada es. Otros han dicho, en cambio, que el pecado consiste en el solo acto interior de la voluntad. Pero, otros han dicho que el pecado consiste tanto en un acto interior de la voluntad como en un acto exterior. Y aunque esta opinión contenga una mayor verdad, sin embargo, todas las otras de algún modo son verdaderas.

Pero, hay que considerar que estas tres cosas, lo malo, el pecado y la culpa, se relacionan mutuamente como lo más común y lo menos común. Pues, lo malo es lo más común; en efecto, en lo que sea, ya en un sujeto ya en un acto, la privación de la forma o del orden o de la medida debidos, tiene razón de lo malo¹¹. Pero, se dice pecado a algún acto que carece del debido orden, de la forma o de la medida: de donde puede decirse que una tibia torcida es una tibia mala; sin embargo, no puede decirse que sea pecado, a no ser en aquel modo de hablar en el que el pecado se dice efecto del pecado; y la cojera misma se dice pecado. Pues, cualquier acto desordenado puede decirse pecado o de la naturaleza, o del arte, o de la moral¹². Pero, el pecado no tiene razón de culpa sino por el hecho de que es voluntario; en efecto, a nadie se le imputa como culpa algún acto desordenado sino por el hecho de que está en su potestad. Y así es evidente que el pecado es en más que la culpa¹³, aunque conforme al uso común de hablar de los teólogos pecado y culpa se toman por lo mismo.

Luego, los que han considerado en el pecado sólo la razón de lo malo, han dicho que no es pecado la substancia del acto,

mitas actus. Qui vero consideraverunt in peccato solum id unde habet rationem culpae, dixerunt peccatum in sola voluntate consistere. Sed oportet in peccato considerare non solum ipsam deformitatem, sed etiam actum deformitati substratum; quia peccatum non est deformitas, sed actus deformis. Deformitas autem actus est per hoc quod discordat a debita regula rationis vel legis Dei. Quae quidem deformitas invenitur non solum in actu interiori, sed etiam exteriori. Sed tamen hoc ipsum quod actus exterior deformis imputatur homini ad culpam, est a voluntate.

Et sic patet quod si totum id quod est in peccato, considerare volumus, peccatum non solum consistit in privatione, neque solum in actu interiori, sed etiam in actu exteriori. Et quod dicimus de actu in peccato transgressionis, est etiam intelligendum de remotione actus in peccato omissionis, ut in superiori quaestione [art. praec.], habitum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod voluntate producitur non solum actus interior quem voluntas elicit, sed etiam actus exterior quem voluntas imperat; et ita etiam hoc ipsum quod exteriori actu peccatur, voluntate peccatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod peccatum, dicitur esse voluntas, non quod tota essentia peccati sit in actu voluntatis, sed quia totum peccatum consistit in voluntate sicut in radice.

AD TERTIUM dicendum, quod ex voluntate est quod aliquis actus sit laudabilis seu meritorius et virtuosus, vel culpabilis et demeritorius et vitiosus. Et ideo quaelibet virtus et vitium dicitur esse habitus mentis et voluntatis; non quia ad actum virtutis et vitii pertineant etiam exteriores actus, sed quia non sunt actus virtutis et vitii nisi secundum quod a voluntate men-

sino la deformidad del acto ¹⁴. Pero, los que han considerado en el pecado sólo aquello de donde tiene razón de culpa ¹⁵, han dicho que el pecado consiste en la sola voluntad. Pero es preciso considerar en el pecado no sólo la deformidad misma, sino también el acto subordinado a la deformidad; porque el pecado no es deformidad, sino acto deforme ¹⁶. Y la deformidad del acto es por el hecho de que no concuerda con la debi- da regla de la razón o de la ley de Dios. En efecto, esta deformidad se encuentra no sólo en el acto interior, sino también en el exterior. En todo caso, el hecho mismo de que el acto exterior deforme se impute al hombre como culpa, es por la voluntad. Y así es evidente que si queremos considerar todo aquello que es en el pecado, el pecado no sólo consiste en la privación ni tampoco sólo en un acto interior, sino también en un acto exterior. Y lo que decimos del acto en el pecado de transgresión, hay que entenderlo también de la remoción del acto en el pecado de omisión, como se ha dicho en la cuestión anterior.

Luego, A LO PRIMERO hay que decir que por la voluntad no sólo se produce el acto interior que la voluntad elige, sino también el acto exterior al que la voluntad ordena; y así también el hecho mismo de pecar por un acto exterior es pecar por voluntad.

A LO SEGUNDO hay que decir que se dice que el pecado es la voluntad, no porque toda la esencia del pecado sea en un acto de la voluntad, sino porque todo pecado está en la voluntad así como en la raíz.

A LO TERCERO hay que decir que por la voluntad es que un acto es laudable o meritorio y virtuoso, o bien culpable y demeritorio y vicioso. Y por ello cualquier virtud y vicio se dice que son un hábito de la mente y de la voluntad ¹⁷; no porque los actos exteriores pertenezcan también a un acto de una virtud y de un vicio, sino porque no son actos de virtud y vicio a

tis imperantur.

AD QUARTUM dicendum, quod sola voluntas dicitur remunerari vel condemnari, quia nihil condemnatur vel remuneratur nisi per hoc quod est a voluntate.

AD QUINTUM dicendum, quod in actibus animae illud, quo posito vel remoto nihilominus alterum manet, non semper se habet accidentaliter, sed materialiter quandoque. Semper enim illud quod est ratio alterius, se habet ad illud sicut formale ad materiale; puta, in actu sensus color videtur per lumen, et se habet ut materiale ad lumen, quod potest videri etiam sine colore, licet color non possit videri sine lumine. Et similiter in actu voluntatis finis est ratio volendi id quod est ad finem; unde finis est appetibilis etiam sine eo quod est ad finem, non accidentaliter se habet ad appetibile, sed materialiter. Et similiter est intelligendum de principio et conclusione; quia principium potest intelligi sine conclusione, sed non e converso. Quia ergo actus voluntatis est ratio quare actus exterior sit culpabilis, quantum ad hoc quod est esse peccatum culpabile, actus se habet ut formale ad voluntatis actum exteriorem, et actus exterior se habet non accidentaliter sed materialiter ad tale peccatum.

AD SEXTUM dicendum, quod illius actus cuius manu aliquis uteretur ad occidendum, esset quidem actus inordinatus, sed non haberet rationem culpae, nisi per comparisonem ad illum qui utitur alterius manu. Et similiter actus exterior membri habet deformitatem, sed non habet rationem culpae nisi per hoc quod est a voluntate. Unde si essent duae personae voluntas et manus, manus non peccaret; sed voluntas peccaret non solum

no ser por el hecho de que son ordenados por la voluntad de la mente.

A LO CUARTO hay que decir que la sola voluntad se dice que es recompensada o reprobada, porque nada es reprobado o recompensado sino por el hecho de que es por la voluntad.

A LO QUINTO hay que decir que en los actos del alma, aquello que puesto o removido, sin embargo, permanece lo otro¹⁸, no siempre se relaciona accidentalmente, sino que a veces materialmente. En efecto, siempre aquello que es razón de otro, se relaciona con ello como lo formal con lo material; por ejemplo, en el acto del sentir el color se ve por la luz, y se relaciona como lo material con la luz, porque puede verse incluso sin color, aunque el color no pueda verse sin luz. Y similarmente en el acto de la voluntad el fin es razón de querer aquello que es en relación a un fin; de donde, el fin es apetecible incluso sin aquello que es en relación a un fin, y no se relaciona accidentalmente con lo apetecible, sino materialmente. Similarmente hay que entenderlo a propósito del principio y la conclusión; porque el principio puede entenderse sin la conclusión, pero no a la inversa. Luego, porque el acto de la voluntad es la razón del porqué el acto exterior es culpable, por el hecho de que el ser pecado es culpable, por eso, el acto de la voluntad se relaciona como lo formal con el acto exterior, y el acto exterior se relaciona no accidentalmente sino materialmente con tal pecado.

A LO SEXTO hay que decir que el acto de aquél cuya mano alguien utilizare para matar, sería ciertamente un acto desordenado¹⁹, pero no tendría razón de culpa, a no ser en relación con aquél que utiliza la mano de otro. Y similarmente el acto exterior de un miembro tiene deformidad, pero no tiene razón de culpa sino por el hecho de que es por voluntad. De donde, si voluntad y mano fuesen dos personas, la mano no pecaría; pero la voluntad pecaría no sólo por el acto propio que es que-

per actum proprium qui est velle, sed etiam per actum manus qua utitur. Nunc autem unus homo est cuius est uterque actus, et pro utroque punitur.

Et per hoc patet solutio AD SEPTIMUM.

AD OCTAVUM dicendum, quod si quaeratur: utrum tantum peccet qui sola voluntate peccat quantum qui peccat voluntate et actu; dicendum est, quod hoc potest contingere dupliciter: *Uno modo* ita quod sit aequalitas ex parte voluntatis; *alio modo* ita quod non sit aequalitas. Contingit autem inaequalitatem voluntatis esse tripliciter. *Uno modo* secundum numerum (3), puta, si aliquis uno motu voluntatis vult peccare, et cum non habeat opportunitatem, transit voluntatis motus; in alio autem qui primo habet motum voluntatis, postmodum opportunitatem habens, iteratur voluntatis actus; et sic est in eo duplex mala voluntas: una sine actu, et alia cum actu. *Alio modo* potest attendi inaequalitas quantum ad modum, puta, si unus habens voluntatem peccandi sciens se non habere opportunitatem, desistit a tali motu voluntatis; alius autem sciens se habere facultatem peccandi, continuat voluntatis motum quousque ad actum perveniat. *Tertio modo* contingit inaequalitatem voluntatis esse quantum ad intensionem; sunt enim aliqui actus peccati delectabiles, in quibus voluntas augetur quasi remoto freno rationis, quae ante actum aliquialiter remurmurabat. Qualitercumque autem sit inaequalitas voluntatis, est inaequalitas peccati. Si autem sit omnino aequalitas ex parte voluntatis, sic distinguendum videtur in peccato sicut in merito. Qui enim habet voluntatem dandi eleemosynam et non dat quia non habet facultatem, tantumdem meretur quantum si daret per comparisonem ad praemium essenziale, quod est gaudium de Deo; hoc enim praemium respondet caritati, quae ad

rer, sino también por el acto de la mano que utiliza. Ahora bien, de un solo hombre son ambos actos, y por ambos es castigado.

Y por esto la solución A LO SÉPTIMO es evidente.

A LO OCTAVO hay que decir que si se pregunta: si peca tanto el que peca sólo por voluntad como el que peca por voluntad y acto; hay que decir que esto puede acontecer de dos modos: *De un modo*, en el sentido de que haya igualdad por parte de la voluntad; *de otro modo*: que no haya igualdad. Y acontece que la desigualdad de la voluntad es de tres modos. *De un modo*, según el número 20; por ejemplo, si alguien por un movimiento de la voluntad quiere pecar, y no teniendo la oportunidad, deja pasar el movimiento de la voluntad a otro momento como el primero, que tiene movimiento de la voluntad; y en adelante, teniendo la oportunidad repite el acto de la voluntad; así hay en él una doble mala voluntad: una sin acto, y otra con acto. *De otro modo*, puede observarse la desigualdad en cuanto al modo. Por ejemplo, si uno que tiene la voluntad de pecar, sabiendo que no tiene la oportunidad, desiste de tal movimiento de la voluntad; otro, en cambio, que sabe que tiene la facultad de pecar, continúa el movimiento de la voluntad hasta llegar al acto. *De un tercer modo*, acontece que la desigualdad de la voluntad es según la intensidad; en efecto, hay algunos actos de pecado delectables, en los cuales la voluntad se ve aumentada como si el freno de la razón, que ante el acto de alguna manera resonaba, fuera remoto ²¹. Y de cualquier modo que sea la desigualdad de la voluntad, es desigualdad del pecado. Pero, si la igualdad es enteramente por parte de la voluntad, entonces, parece que hay que distinguirla en el pecado como en el mérito. En efecto, el que tiene la voluntad de dar limosna y no la da porque no tiene la facultad, merecería tanto como si diera en relación al premio esencial, que es el gozo de Dios; pues, este premio responde a la caridad²² que

voluntatem pertinet; sed per comparisonem ad praemium accidentale, quod est gaudium de quocumque bono creato, magis meretur qui non solum vult dare, sed dat; gaudebit enim non solum quia dare voluit, sed quia dedit, et ex omnibus bonis quae ex illa datione provenerunt.

Et similiter si consideretur quantitas demeriti per comparisonem ad poenam essentialem, quae consistit in separatione a Deo et dolore exinde proveniente, non minus demeretur qui sola voluntate quam qui voluntate et actu peccat; quia haec poena est contemptus Dei, qui respicit voluntatem; sed quantum ad poenam secundariam, quae est dolor de quocumque alio malo, sic magis demeretur qui actu et voluntate peccat; habebit enim dolorem non solum de eo quod male voluit, sed etiam de eo quod male fecit, et de omnibus malis quae de eius maleficio provenerunt. Unde et poenitens qui poenam futuram poenitendo praevent, de omnibus talibus dolet.

Quod ergo dicitur, quod quantum additum quanto facit maius, intelligendum est ubi utrumque dicitur quantum secundum eandem rationem; sed ubi unum est ratio alterius quod sit quantum, hoc non oportet; et sicut si lignum est longum, erit linea longa, nec oportet quod lignum cum linea sit longius quam linea, quia linea est ratio longitudinis ligno; sicut etiam dictum est, quod actus exterior habet rationem culpae ab actu voluntatis. Quod vero dicitur: *Quantum intendis, tantum facis*, habet locum in malis; quia si aliquis intendat peccare mortaliter, etiam si committat actum qui de genere suo est peccatum veniale vel nullum, mortaliter peccat, quia conscientia erronea ligat. Si vero aliquis intendat opus meritorium facere committens aliquid quod de genere suo est peccatum mortale, non meretur, quia conscientia erronea non excusat. Si tamen sub

pertenece a la voluntad; pero en relación al premio accidental, que es el gozo de cualquier bien creado, el que no sólo quiere dar, sino que da, merecería más; en efecto, se alegrará no sólo porque ha querido dar, sino porque ha dado, y por todos los bienes que han provenido de ese dar.

Y similarmente si se considerase la cantidad de demérito en relación al castigo esencial, que consiste en la separación de Dios y en el dolor proveniente de allí, no desmerecería menos el que peca sólo por voluntad que el que peca por voluntad y acto; porque este castigo es el menosprecio de Dios que examina la voluntad; pero en cuanto al castigo secundario, que es el dolor de cualquier otro mal, así desmerece más el que peca por voluntad y acto; en efecto, tendrá un dolor no sólo del mal que ha querido mal, sino también del mal que ha hecho, y de todos los males que han provenido de su mala acción. De donde, incluso el penitente que previene el castigo futuro expiando, se duele de todas estas cosas.

Luego, el hecho de que se diga que una cantidad añadida a una cantidad hace algo mayor, hay que entenderlo cuando una y la otra se dicen «cantidad» según la misma razón; pero cuando una es razón de la otra que es cantidad, eso no es propio; lo mismo que si un leño es largo, la línea será larga, pero, no es necesario que el leño con la línea sea más largo que la línea, porque la línea está en razón de la longitud del leño; igualmente también se ha dicho que es por un acto de voluntad que el acto exterior tiene razón de culpa. Lo que se dice: *Cuanto intentas, tanto haces*, tiene lugar en las cosas malas; porque si alguien intenta pecar mortalmente, incluso si comete un acto que por su género es un pecado venial o no es pecado, peca mortalmente, porque una conciencia errada ata. Pero, si alguien intenta hacer una obra meritoria cometiendo algo que por su género es un pecado mortal, no tiene mérito, porque la conciencia errada no excusa. Sin embargo, si bajo

intentione comprehendatur non solum intentio finis, sed voluntas operis, sic verum est in bono et in malo, quod quantum aliquis intendit tantum facit. Qui enim. vult occidere sanctos ut obsequium praestet Deo, aut qui vult facere furtum ut det eleemosynam, videtur quidem habere intentionem bonam, sed voluntatem malam. Et propter hoc si sub intentione etiam voluntas comprehendatur, ut totum intentio nominetur, erit etiam intentio mala.

AD NONUM dicendum, quod nullus meretur nec demeretur pro habitu, sed pro actu; unde contingit quod aliquis est sic fragilis, quod si tentatio sibi superveniret, peccaret; qui tamen si tentatio non superveniat, actu non peccat. Nec propter hoc demeretur; quia, ut Augustinus dicit [in lib. *De praedest. Sanctorum*, cap. xii, et *De dono Perseverantiae*, cap. x], non punitur aliquis a Deo pro eo quod facturus esset, sed pro eo quod facit. Licet ergo opportunitatem peccati habere vel non habere, non sit in potestate peccantis, tamen uti opportunitate habita vel non uti, est in potestate ipsius. Et ex hoc peccat, et peccatum eius augetur.

AD DECIMUM dicendum, quod omne peccatum non est in aliis actibus nisi in quantum sunt a voluntate; propter hoc per peccatum principaliter privatur id quod est in voluntate.

AD UNDECIMUM dicendum, quod omne quod comparatur ad alterum ut ratio ejus, se habet ad ipsum sicut forma ad materiam; unde ex duobus fit unum sicut ex materia et forma. Et propter hoc color et lumen sunt unum visibilem, quia color est visibilis propter lumen. Et similiter cum actus exterior habet rationem peccati ab actu voluntatis, idem peccatum est actus voluntatis et actus exterior coniunctus; sed si aliquis primo velit tantum, et postea volens faciat, sunt duo peccata, quia iteratur voluntatis actus. Quando autem ex duobus fit unum, nihil prohibet illorum duorum unum alterius causam esse. Et sic ac-

«intención» se comprende no sólo la intención de un fin, sino también la voluntad de una obra, así es verdadero en lo bueno y en lo malo, porque alguien intenta tanto cuanto hace. En efecto, el que quiere matar a los santos para ofrecer un regalo a Dios, o el que quiere cometer hurto para dar limosna parece ciertamente tener una intención buena, pero una voluntad mala. Y por esto, si bajo intención se comprende también la voluntad, para llamar al todo intención, será también una intención mala.

A LO NOVENO hay que decir que nadie merece ni desmerece por un hábito, sino por un acto; de ahí que acontezca que alguien sea tan frágil que si la tentación le sobreviniere peca, pero si la tentación no le sobreviene, no peca en acto. Y no desmerece por esto; porque, como dice Agustín, alguien no es castigado por Dios por aquello que habría de hacer, sino por aquello que hace. Luego, aunque el tener o no tener la oportunidad de pecado no esté en la potestad del que peca, sin embargo, usar la oportunidad tenida o no usarla está en su potestad. Y por esto peca, y su pecado aumenta.

A LO DÉCIMO hay que decir que todo pecado no es en otros actos sino en cuanto son por voluntad; por esto, por el pecado principalmente se priva de aquello que es en la voluntad.

A LO DÉCIMO PRIMERO hay que decir que todo lo que se relaciona con otro como razón de ello, se relaciona consigo mismo, así como la forma, con la materia; de donde, de dos se hace uno así como de materia y forma. Y por esto, el color y la luz son lo uno visible, porque el color es visible por la luz. Y similarmente cuando el acto exterior tiene razón de pecado por un acto de la voluntad, el mismo pecado es acto de la voluntad y acto exterior conjunto; pero, si alguien primero quiere solamente, y después queriendo hace, éstos son dos pecados, porque el acto de la voluntad se repite. Pero, cuando de dos se hace uno solo, nada prohíbe que uno de esos dos sea

tus voluntatis est actus exterioris causa, sicut et actus superioris virtutis est causa actus inferioris, et semper formaliter se habet ad ipsum.

AD DUODECIMUM dicendum, quod in utroque actu, interiori et exteriori, consistit deformitas peccati; sed tamen una deformitas est utriusque: quod ideo est, quia in uno eorum causatur deformitas ex alio.

AD DECIMUMTERTIUM dicendum, quod in essentia actuum exteriorum dicitur nulla consistere iustitia, quia actus exteriores non pertinent ad genus moris nisi secundum quod sunt voluntarii.

AD DECIMUMQUARTUM dicendum, quod reatus, id est obligatio ad poenam, est quidam effectus consequens ad peccatum; unde cum dicitur quod peccatum transit actu et manet reatu, idem est ac si diceretur quod transit per suam essentiam et manet in effectum.

causa del otro. Y así el acto de la voluntad es causa del acto exterior, así como también el acto de la virtud superior es causa del acto inferior, y siempre se relaciona formalmente con lo mismo.

A LO DÉCIMO SEGUNDO hay que decir que en uno u otro acto, el interior y el exterior, la deformidad del pecado existe; sin embargo, una sola deformidad existe en uno y otro: esto es, porque en uno de ellos la deformidad es causada por el otro.

A LO DÉCIMO TERCERO hay que decir que en la esencia de los actos exteriores se dice que no hay ninguna justicia, porque los actos exteriores no pertenecen al género de la moral sino en cuanto son voluntarios.

A LO DÉCIMO CUARTO hay que decir que el delito²³, esto es, lo que obliga al castigo, es un cierto efecto consecuente al pecado; de donde, cuando se dice que el pecado pasa como acto y permanece como culpa, es lo mismo que si se dijera que pasa por su esencia y permanece como efecto.

NOTAS AL ARTÍCULO 2º

- ¹ Agustín, *Retractationum*, I, cap. IX.
- ² «Actus voluntatis nihil aliud est quam inclinatio quaedam consequens formam intellectam». PP.Q. 87. Art. 4c. (El acto de la voluntad no es otra cosa que una cierta inclinación que resulta de una forma inteligida).
- ³ Agustín, *De bono coniugali*, cap. XXI.
- ⁴ Acto exterior es el acto que aparece en el exterior o que corresponde en el exterior a una facultad. Este acto se opone al acto interior que es el que se cumple dentro de una cosa o facultad. En SS. Q. 81 Art. 7c., Santo Tomás dice: «Sicut interiores actus pertinent ad cor, ita exteriores actus pertinent ad membra» (Los actos interiores pertenecen al corazón así como los actos exteriores pertenecen a los miembros).
- ⁵ Crisóstomo, *Super Matth.*, homil. XIX.
- ⁶ *Posito vel remoto* (mantenido o removido), en los sentidos ontológico y lógico de la palabra son opuestos, ya que el verbo *ponere* «mantener» es opuesto a *removere* «remover».
- ⁷ Agustín, *De vera Religione*, cap. XXXIII.
- ⁸ Anselmo, *De conceptu virginali*, cap. IV.
- ⁹ Agustín, *De nuptiis et concup.* cap. XXVI.
- ¹⁰ *Exod.* 20, 17. «Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis uxorem eius, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quae illius sunt.» (No codiciarás la casa de tu prójimo: ni desearás su mujer, ni su siervo, ni su sierva, ni su buey, ni su asno, ni ninguna cosa suya.)
- ¹¹ En QQDD *De Mal.* q. 1. art. 1c. ha dicho Sto Tomás que lo malo es privación de algo bueno particular.
- ¹² «Peccatum vel naturae, vel artis, vel moris o peccatum vel in naturalibus, vel in artificialibus, vel in moralibus» (Pecado que se comete en el ámbito de las cosas naturales, del arte o de las acciones morales) (Cf. PP. Q. 63. Art. 1c.).
- ¹³ Es más común, conceptualmente más extenso.
- ¹⁴ *Deformitas actus*, la no-forma de un acto. La deficiencia de una relación.
- ¹⁵ En el sentido de donde le viene la culpa como de su principio interno.
- ¹⁶ Acto sin forma. Cf. SS. Q. 6. Art. 2 ad 2: «Dicitur enim actus deformis per privationem formae intrinsecae, quae est debita commensuratio circumstantiarum actus, et ideo non potest dici causa actus deformis Deus, qui non est causa deformitatis, licet sit causa actus in quantum est actus.» (Pues, se dice que el acto es deforme por privación de la forma intrínseca, que es la medida debida de las circunstancias del acto, y por ello no puede decirse que Dios es causa del acto

ACERCA DE LO MALO

- deforme y que tampoco es causa de la deformidad, aún cuando sea causa del acto en cuanto acto).
- ¹⁷ En el sentido aristotélico. Vid. Artículo 1º.
- ¹⁸ Debe entenderse «puesto o removido, no afecta al ser de lo otro.»
- ¹⁹ *Actus inordinatus*, el acto no regulado por la razón.
- ²⁰ Según el número, parece indicar un primer momento sin la oportunidad de realizar el acto, y otro, teniendo la oportunidad.
- ²¹ La imagen es una razón que se aleja, pero que aún «remurmura».
- ²² La caridad es el amor de Dios, como el objeto principal de nuestra felicidad sobrenatural; es una virtud teológica.
- ²³ «*Reatus dicitur secundum quod aliquis est reus poenae et ideo reatus nihil aliud est quam obligatio ad poenam*» (delito se dice según que alguien es deducido de un castigo y así, «reatus» no es otra cosa que lo que obliga al castigo) (Sto. Tomás 2º 2º ad 1º).